



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Universitätsbibliothek Paderborn**

### **Admirandvm vindictae divinae theatrvm**

**Tympe, Matthäus**

**Monasterii Westphaliae, 1611**

Vestium luxus

[urn:nbn:de:hbz:466:1-51314](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-51314)

OB VESTIVM LVXVM DIVI-  
nitur puniti.

vi. in loco  
de Parenti-  
bus exe. 2.

1.  
ep. 16. li. 5.

ob curiosi-  
tatem orna-  
tus puella  
patuit de-  
moni per  
maleficum  
immissio a-  
pud Hiero-  
in vita S.  
Hilar.

Amictus  
amatorius,  
hoc est, de-  
licatus &  
mollis.

2.  
ca. 7. p. 7.

**P**etrus Damianus Cardinalis epist. ad Lan-  
dolphum: Memini plane, ait, cum apud  
Parmense oppidum liberalium artium studium  
docendus insisterem, clericus quidam nomi-  
ne Teucolinus pellicem suam iuxta meum ha-  
bebat hospitium, aspectu lubricam & in homo-  
stam satis, decore venustam, Hic itaq; nitida  
& semper ornatus atq; conspicuus incede-  
bat ita ut caput eius nunquam nisi gabelica pel-  
licem obtegeret, indumenta carbasina atque ni-  
vosa fuligo per artem fullonis inficeret, calcei  
postremo ad aquilini rostri speciem non si-  
mileret. Affluebat ubiq; delicijs, rugiebant  
oculorum nutibus, ac scurrilitatis illecebre  
festivi applaudebant. Hi cum per quinque  
annorum lustra in hac luxuriosa voluptate  
vixissent, ante annum, cum commune civi-  
tatis flagraret incendium in vna domo reper-  
triq; simul igne consumpti sunt.

Thomas Cantipratanus lib. 1. Apertissime  
pe nostra tempora, ait, fuit mulier nobilissi-  
ma, Maria Campaniae comitissa, haec comitissa  
nobilissimo Henrico Campaniae comiti, filia  
fuit Ludouici regis Francorum, Philippi  
regis soror aequae regis Francorum. Haec  
multis annis mortuo marito cum pompa  
summa ambitione circueiens, moriens talem



neſi ſortita eſt. Laborans in extremis, Abbatem Perſaniæ ſanctiſſimum ac eloquentiſſimum virum migratura venire mandavit. Qui vt venit intromiſſus non eſt, & præfortibus exſpectavit. iam enim Comitiſſa deceſſerat, & diſtrahēbantur à militibus & miniſtris, & ſuis omnibus vtensilia, vaſa aurea & argentea, veſtes pretioſæ, cilicitręque purpureæ, & tandem linteamina ipſa cum peplis. Extremo quidam ex garſionibus mora nimia retardatus lectum per cornua comprehendit, & reſupinatum corpus emortuum eminus in ſtramenta deuoluit. Moras autem Abbate cum tædio ſuſtinate, quidam nobilis ex circumſtantibus indignatus oſtium violenter infregit, & virum venerabilem intromiſit. qui cum introiſſet, & nobile illud corpus nudum in ſtramine reperiſſet, volente quodam ex familia illud ſtraminibus operire, Abbas exempli prouidus non ſinebat, ſed libera voce clamabat, ô vos omnes, venite, cernite pompam nobiliſſimæ Comitiſſæ Mariæ, videte illud delicatiſſimum corpus, quanto dedecore pudoris deuolutum eſt. Videte quid ei pro multiplici honore & gloria mundus finaliter exſoluit, &c. 4. Reg. 9.

Iezabel punitur, &c.

LI 2

VIN.